

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Solitudo et tumultus x
cum fonte primo

Nil tam dampnosum bonis moribus
quam in spectaculo residere. Tunc
enim per uoluptatem facilius uicia
subrepunt.

Nihil vero tam dampnosum bonis moribus
quam in aliquo spectaculo desiderere; tunc
enim per uoluptatem facilius uicia
subrepunt.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 7, 2 (L. Reynolds ed.,
vol.1, p.12, ll.5-7).

Subducendus populo tener animus et
parum tenax recti. Facile transit ad
plures

Subducendus populo est tener animus et
parum tenax recti: facile transitur ad
plures.

Socrati et Catoni et Laelio excutere
morem suum dissimilis multitudo
potuisset: adeo nemo nostrum, qui cum
maxime concinnamus ingenium, ferre
impetum vitiorum tam magno comitatu
venientium potest.

unum exemplum luxurie auaricie;
multum mali facit commonitor delicatus.

Unum exemplum luxuriae aut auaritiae
multum mali facit: conuictor delicatus
paulatim enervat et mollit, vicinus dives
cupiditatem inritat, malignus comes
quamvis candido et simplici rubiginem
suam adfricuit: quid tu accidere his
moribus credis in quos publice factus est
impetus?

[auctor non nominatus]

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 7, 6-7 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.13, ll.6-15).